



22112963



**LATIN
HIGHER LEVEL
PAPER 1**

Monday 16 May 2011 (afternoon)

1 hour 30 minutes

Candidate session number

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer question 1 or question 2 in the spaces provided.
- The use of dictionaries is permitted for this paper.



Answer question 1 **or** question 2.

Translate into English the section of the passage indicated between the asterisks. A translation of the rest of the passage appears on the facing page.

1. The wise always identify glory with immortality and seek to find it in the service of a country.

at, credo, cum C. Marius innumerabilis hostium copias in Italia fudisset atque obsidione rem publicam liberasset, omnia sua secum una moritura arbitrabatur.

* non est ita, Quirites; neque quisquam nostrum in rei publicae periculis cum laude ac virtute
 5 versatur quin spe posteritatis fructuque ducatur. itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum
 mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse, tum maxime quod optimi et sapientissimi
 cuiusque animus ita praesentit in posterum ut nihil nisi sempiternum spectare videatur.
 quapropter equidem et C. Mari et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum
 civium mentes, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et sanctimoniam
 demigrasse, testor me pro illorum fama, gloria, memoria non secus ac pro patriis fanis atque
 10 delubris propugnandum putare, ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus
 strenue caperem, quam illi pro communi salute ceperunt. etenim, Quirites, exiguum nobis vitae
 curriculum natura circumscipsit, immensum gloriae. *

qua re, si eos qui iam de vita decesserunt ornabimus, iustiore nobis mortis condicionem relinquemus.

Cicero *pro Rabirio perduellionis reo* 29–30



2. **The Naiad Salmacis, who is unsuited to hunting, meets the son of Hermes and Aphrodite.**

- nec iaculum sumit nec pictas illa pharetras,
 nec sua cum duris venatibus otia miscet,
 310 sed modo fonte suo formosos perluit artus,
 saepe Cytoriaco deducit pectine crines
 et, quid se deceat, spectatas consulit undas;
 nunc perlucenti circumdata corpus amictu
 mollibus aut foliis aut mollibus incubat herbis;
- 315 * saepe legit flores. et tunc quoque forte legebat,
 cum puerum vidit visumque optavit habere.
 nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,
 quam se composuit, quam circumspexit amictus,
 et finxit vultum et meruit formosa videri.
 320 tum sic orsa loqui: “puer o dignissime credi
 esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido,
 sive es mortalis, qui te genuere, beati
 et frater felix, et fortunata profecto,
 si qua tibi soror est, et quae dedit ubera nutrix.
 325 sed longe cunctis longeque beatior illis,
 si qua tibi sponsa est, si quam dignabere taeda.
 haec tibi sive aliqua est, mea sit furtiva voluptas,
 seu nulla est, ego sim, thalamumque ineamus eundem.”
 nais ab his tacuit. pueri rubor ora notavit
 330 (nescit enim quid amor), sed et erubuisse decebat. *
- hic color aprica pendentibus arbore pomis
 aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
 cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae.

Ovid *Metamorphoses* 4.308–333



